

tem ejus est *Baptizatus*, non nuda aqua aspersus: sed integro baptismo, constante & Elemento, & re caelesti, cum Elemento Sacramentaliter unita.

136. Vnde postmodum talis hypocrita, si per veram poenitentiam & fidem redeat ad Christum, non opus habet reiteratione baptismi: sed fructus, quem olim tempore accepti baptismi ob hypocrysin non accepit, nunc ipsi salutaris esse incipit.

PARS II. ARTICULI ANTIŌETIKH.

137. Confessio nostra solum Anabaptisticum furorem rejicit & damnat, propterea quod Ecclesie protestantium hujus erroris à Pontificijs graviter tum insimulabantur.

138. Solebant autem Anabaptistae superioribus temporibus partim Baptismum reiterare: partim Paedobaptismum prorsus improbare & tollere.

139. Vtriusque erroris sceditus patet ex ijs, quae haectenus in parte prima De trixñ secundum praescriptum verbi DE I sunt disputata.

140. Factionis huius Anabaptisticae initia, semina & progressum non deberi B. Luthero: sed Carolstadio, & Zuinglio, fides haud est dubia.

141. Horum vestigiis gnauiter insistens hodie gens Calvinistica, mutato duntaxat habito erro-

K k

rem